

**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XLIV. de Reformationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

Commenda, etiamsi ante Commendam esset reservatum non obstante affectione, dummodo tamen hoc beneficium ex sua natura non esset alterius reservatum. In Ecclesiis vero parochialibus, papa non vult hodie admitti Regularis obstante Concilio Lateranensi cap. Monachi de Statu Monacho. Tametsi S. Congregatio III. Card. Interpretum Concilii declaraverit ex necessitate videlicet ob penuriam Sacerdotum & cum Sanctiss. dispensatione & ad tempus, quod scilicet Episcopus provideret de clero seculari, Regularis non nunquam immitti ad parochiales, ut notat Nicol. Garcia in tract. de ben. p. 7. c. 10. num. 2. & seqq. Denique adverte quod per Concordata Germania Regularia beneficii sub expectativis gratiis non cadunt, ut constat ex Concordatis, ibi ipsaque regularia. plura de beneficiis secularibus & regularibus ad nausenam licet video apud Nicol. Garciam tract. de ben. part. 7. c. 10. pertinet.

PRIVILEGIUM
REGULARIUM
ET
COMMENDATIONIS
IN REGULIS
MENNONITARIIS
AC MELLARIA
APOSTOLICIS
ECCLESIA
PRAECEPS
6. 11.
8

*Argumenta in Reg. XLII. Innocentii VIII.
qua est XLIV PAVLI. V.*

- | | |
|-------------------------------------|---|
| 1. Dispositum in prima dispositione | 4. Hæc Regula est de dandis,
videtur repetitum cum ejusdem |
| | 5. Secunda supplicatio signata per con- |
| | cessum expedietur juxta primam refor- |
| | mationem, qua signata est mou- |
| 2. papa reformando bullam non in- | proprio. |
| tendit cuiquam afferre præjudiciū. | 6. papa non cestetur alicui afferre præ- |
| 3. Regula cui inest verbum Annulans | judicium cum clausula Motus prii, vel non obstantibus &c. |
| non est danda, | |

*Regula XLII. Innocentij VIII.
qua est XLI. Pauli V.*

DE REFORMATIONIBVS.

Item quod super quibuscumque reformationibus signatis super imprestationibus quorumcumque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur quod litteræ sub prima data expediri possint, si ex hujusmodi expeditione sub tali data cur quam

quam videatur fieri posse præjudicium, litteræ super ipsa prima data nullatenus expediantur, nisi reformationes hujusmodi verba Fiat & sub prima data signata fuerint.

GLOSSEMA ALPHONSI.

[sta Regula dicit quod si aliqua reformatio fiat super prima imprecatio beneficiorum vacantiorum, vel vacaturorum, & petatur in supplicatione sub prima data, quod nullo modo detur in expeditione, si posset fieri aliquid præjudicium tertio, nisi signatura dicat quid sic fiat, & sub prima data, b. d. Et ratio dubitandi fuit, quia quicquid dicitur in prima dispositio, videtur cum eisdem clausulis & substantiis pictum in reformatio, & i converso, casus est in l. talis scriptura juncta! seq. ff. de leg. 1. ergo sic videbatur hic. Sedratio dicendi est, quia Papa non vult quod alicui fiat præjudicium c. quamvis z. derelict. lib. vi. l. nec avus C. de eman. lib. sed si petatur in supplicatione, & signata fiat simpliciter in alijs quam beneficiis, tunc cancellaria deberet dare per hanc regulam, que tantum loquitur de beneficiis vacantibus &c. quia est penalis, ex quo annullar. ut dicit glos. in c. decet de immun. ecc. lib. vi. ergo debet restringi c. in penis de reg. jur. lib. vi. Et credo quod ista regula deberet dari per verbum nullatus expedientur hic possum, quod videtur annullare ipso factum glo. est sing. in cle. 1. de sequenti. pos. & ibi Ant. not. Et licet regula cum verbo annullans non solet dari, tamen ista quia est aqua deberet dari saltem ex commissione Papa, si non sufficeret peritio, sicut Vicecancellario, & credo quod etiam Camera non daret sub data reformatio, ne ista signatura hic posita: id est consulendum est habent pecunias, quod primam supplicationem expediret sub prima data, & secundam reformatio sub secunda data, & propter multa que non possunt breviter dici.

COMMENTARIA IO. A CHO KIER.

Prima dispositio) Unde si prima supplicatio sit signata motu proprio, & hinc fiat reformatio illius quæ signetur per concessum, ut petitur, vel sim- pliter, intelligetur hæc secunda concessio etiam motu proprio, licet non hinc expressum: quia fit relatio ad primam, secundum quam ultima intelli- gitur, & ista bulla expedietur motu proprio referens se ad primam signatu- ram, Rebuffi, in praxi nova provisionis §. interdum opposita num. 9. per tex- tam in l. aße ror off. de hered. inst. addit Franc. Marcum decf. 429. part. 1. Porro quando Notarius vel datarius possit corriger dataam vel imprecatio, & in quibus,

quibus vide per Bart. & Decium in l. si librarius ss. de regulis iuris Panor. Imo & Felij. in cap. ex litteris de fide instrum.

B *Papa non vult*) Etiam si in gratia sit adjecta clausula *motus propri*, vel non obstante. &c. quae quidem non videntur sic ampliate gratiam, ut auferant jus alii, ut scribit Gemin. in c. quamvis 15. num. 4. de rescript. nisi Papa expresse dicit. rota decis. 19. Crescent. decis. 5. de concess. prob.

*Argumenta in Regul. XLIII. INNOCENTIJ VIII.
qua est XLIV. PAVLIV.*

1. Quid distet renunciatio à cessione?
2. Verbum Nullatenus, annullat actum ipso jure perinde ac clausula irritas.
3. Ad Camera admitteret resignacione non servata forma hujus regulae.
4. Curia de qua in Regula quo pacto accipiat.
5. Cancellaria non solebat admittere procuratorem ad renunciandum post annum, sed Camera fecit.
6. Consensus pensionarii de quo in reg. ut intelligatur, ut & num. 9.
7. In Curia sufficit consensus procuratoris pensionarii.
8. Hæc Regula inventa est ad fraudes tollendas.
9. Consensus debet præstari per resonantem, aut procuratorem ad hoc specialiter constitutum.
10. Consensus quando extendi debeat. Constitutio Clementis VII. I. de extend. consensibus non est in usu. Ib.
11. Consensus quando extendi debeat. Consensus quando extendi debeat. Constitutio Clementis VII. I. de extend. consensibus non est in usu. Ib.
12. Consensus præstari potest etiam post obitum resonantis, quod extenditur, etiam si probaretur constituentem mutasse voluntatem, nisi tamen ejusmodi voluntatis mutatio fuerit intimata procuratori constituto, vel ipsi Resignario.
13. Consensus non potest post obitum præstari, quando resignans porre supplicationem, & postea confirmat procuratorem ad consentiendum resignationi; nam si moriatur resignans, procurator post eius mortem non potest præstare conlentum.
14. Resignans à quo tempore definit facere fructus suos.
15. Resignatio conditionalis non abdicat jus nisi adimplitis conditionib.
16. Jus non abdicatur à resignante nisi beneficium acquiratur resignatio quod intellige, ut ibi.
17. Quandiu quis sustinetur in officio potest administrare & conferre.
18. In resignatione conditionalis officio demum transit à resignante in resignatarium sive compermutantem quando resignatio seu compermutatio suum sortita est defectum,
19. Permutatione non sortita effectum an permutans propria auctoritate redire possit ad suum beneficium.
20. Jus & titulus beneficii non cèlevit à resignante abdicatus, donec pol.